

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Livor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Ab Aegyptiacis commentis haudquam dissimile est. Anima enim, ut Philosophi Poetæque veteres commentantur, in portionem rationis partem unam, & rationis expertam alteram disper-partitio-tur. Sedenim quæ rationi adglutinata est portio, supra sensum & sensibilia sublata, quanto potest ^{Anime} lucamine, tanquam Vulcani congreſsum effugiat Pallas, semetipſam ſibi aſſerere meditatur: quæ ^{Idem fore} vero aliena est à ratione, brutis proxima, temere omnia vel appetit, vel concitat. Appetentis autem ^{Lucretius} vim totam in hepte Philoſophi plerique conſtituant. Quare quod concubitus illegetimos Tityus ^{Hesiod in} ^{lib. 7.} ^{Theogonia.} appetierit, jecur ab alite rōdi fingitur: five ea Vultur, five, ut alii quidam, Aquila sit, quæ illud abrodat. Ut cumque noctu ait Hesiodus tantum accrescere, quantum die fuerat abſumptum, properea quod mentis agitatio noctu p̄cipue vigescit, cogitatione que & confilia noctu undique ſuggeruntur. Sedenim quia dictum eft ſuperius, Vulturem odoratu ſagacifimo ad putredinem deferrī: cogitationis (inquit nonnulli) principium, motusque omnis à corde proficicitur, qui quidem eft voluntatis ſons, ut ex Homero & Poëtis aliis tam Græcis quam Latinis accepimus. A corde igitur eft, quod male habet jecur, itaq; Tityus ratione hac a Vulture laceratur. Sedenim Triclinius apud Pandarum viſcera Tityi à ſerpentibus depaſcique dicit, quæ quidem eft Poetarum licentia, non in his fabulis tantum, verum etiam in historiis, ex commodo ſuo quæcumque voluerint variare.

LIVOR. CAP. XIV.

Nonnulli livorem ex hieroglyphico hoc interpretantur, eoque ſpectare Tityanam Vulturem in appendicibus Virgilii:

Quæ ſemper lacerat, comeſtq; mentem, *Quod Chironia nec manus levarit,*
Vixit peccore ſub dolente vulnus; *Nec Phœbus, ſoboleſve clam Phœbi.*

In quam ſententiam alitis hujus figmentum Petronius Arbiter, Nicagoras, & Aristoxenus accepte.

DIVINA PROVIDENTIA. CAP. XV.

Quod denique Vulturem nonnulli Promethei etiam cordi abrodeno applicant, Aegyptiacæ e-ruditioni longè accommodatus eft. Vulturem enim in mundi modum conſiderant. Cui p-atur illa etiam applicatur cauſa, quod mundus celeri quadam volubilitate veretur, & cadaverum naſcentium occidentiumque perennitate paſcatur: cumque in corde ſapiențiae ſedem veterum ple-riquie poſuerint, alitis hujus cor depaſcentis hieroglyphicum, ali luſtentarique mundum divinæ ſapiențiae providentia, quæ nec ipſa finiri novit, nec mundus ceſſare ab ejus alimentis vel tantillum queat, maniſtissimo ſignificat argumento.

CONSUMMATIO. CAP. XVI.

Neque illud parvi momenti mysterium eft, quod cum perfectum quid in rerum natura Aegyptii ſacerdotes indicare vellent, Vulturem, & Scarabeum ponere conſuerunt: utpote qui ex duobus ſimulacris Palladem & Vulcanum, ut ipſi ajebant, intelligerent. Comprehendebant autem pīctū-que declarāram hanc uno tantum argumento, ex quo masculo-femineum, ut dicam, ſexum ſignificari proſi-figura, ejus-mentis. Ita tamen imagines diſponebant, ut si Vulcanum ſignificare vellent, Scarabeum primo in-ceptarent, mox in Vulturem definerent: ſi Minervam intelligi vellent, à Vulture principium ſu-mentes, in Sarabeum definebant. Ceterum quia primo ſtatim obtutu nova haec forte videbun-tur, ea latius explicabimus pro eorum iſtitutione, qui nondum rerum naturalium ſacrī initiati ſunt.

PALLAS ET JUNO. CAP. XVII.

Illud autem imprimis non ignorari velim, cœlo in ſuperius & inferius hemiſphærium divifo, A-gyptios quod ſupra finitorem eft Palladi confeſſaſe, quod verò infra ab oculis ſemper nostris ſummotum, Junoni dedicare. Et quoniam cœlum iſum muliebri genere Uraniam, non ſequor quod p̄cipue etiam apud Arabes erat, vocitabat, utpote quæ Solis, Luna, ſtararumque omnium mater haberetur & Vulturem, ut ſepe dictum, omnino ſemian intelligerent, utrumque itidem hemiſphærium, quo cœlum conſtat universum, per Vulturis hieroglyphicum exprimebant: atque ita tam